

gnis) Curionis, et si pupillus relietus est, patri fuisse instituto puro sermone assuefactam domum: & eo magis hoc iudico, quod neminem ex iis quidem, qui aliquo in numero fuerunt, cognovi in omni genere honestarum artium tam indoctum, tam rudem. Nullum ille poetam noverat, nullum legerat oratorem, nullam memoriam antiquitatis collegerat: non publicum ius, non privatum & civile cognoverat: quanquam id quidem fuit etiam in aliis, & magnis quidem oratoribus, quos parum his instructos artibus vidimus, ut Sulpicium, ut Antonium. Sed ii tamen unum illud habebant, dicendi opus elaboratum: idque cum confaret ex quinque notissimis partibus, nemo in aliqua parte earum omnino nihil poterat. In quaquam enim una plane claudicaret, orator esse non posset. Sed tamen alius in alia excellebat magis: reperiebat, quid dici opus esset, & quo modo præparari, & quo loco locari: memoriaque ea comprehendebat Antonius: excellebat autem actione: erantque ei quædam ex his paria cum Craffo, quadam etiam superiora. At Craffi magis enitebat oratio. Nec vero Sulpicio, neque Cottæ dicere possumus, neque cuicquam bono oratori, rem ullam ex illis quinque partibus plane, atque omnino desuisse. Itaque in Curione hoc verissime judicari potest, nulla re una magis oratorem commendari, quam verborum splendore & copia. Nam cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit.

LX. Reliqua duo sunt, agere, & meminisse. In utroque cachinos irridentium commovebat. Motus erat is, quem & C. Julius in perpetuum notavit, cum ex eo, in utramque partem toto corpore vacillante, quæsivit, quis loqueretur e linter<sup>98</sup>: & Cn. Sicinius<sup>99</sup>, homo impurus, sed admodum ridiculus, neque aliud in eo oratoris simile quidquam. Is cum tribunus plebis Curionem & Octavium contules produxisset,

<sup>98</sup> Loqueretur e linter] Nam qui vacillant in utramque partem loquentes, e linter loqui videntur: quod linter, cum sit navicula, facile in utramque partem vacillat, si quis modo velit in eo stare & loqui. I. dom.

<sup>99</sup> Cn. Sicinius] Illum esse credimus, de quo Plutarchus in Craffo. Sicinius vero plebeji fuerunt. Nam Sicinius primus tribunus plebis fuit, ut Liv. lib. 11. scribit: & hic Sicinius tribunus plebis hoc loco dicitur. Idem.

set, Curioque multa dixisset, sedente Cn: Octavio collega, qui devinctus erat fasciis, & multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus, Nunquam, inquit, Octavi, collegæ tuo gratiam referes, qui nisi se suo more jactaveris, bodice istic muscae comedissent. Memoria autem ita fuit nulla, ut aliquoties, tria cum proposuisset, aut quartum adderet, aut tertium quereret. Qui in iudicio privato vel maximo, cum ego pro Titinia Cottæ peroravissim, ille contra me pro Ser. Nævio diceret, subito totam causam oblitus est, idque veneficis & cantionibus Titinia factum esse dicebat. Magna hæc immemoris ingenii signa: sed nihil turpius, quam quod etiam in scriptis oblitiscebat, quid paulo ante posuisset; ut in eo libro, ubi te exuentem e senatu, & cum Pantha nostro, & cum Curione filio colloquenter facit, cum senatum Cæsar consul habuisset, omnisque ille sermo ductus e peroratione filii, quid in senatu esset actum. In quo multis verbis cum invehernetur in Cæsarem Curio, disputatioque esset inter eos, ut est consuetudo dialogorum, cum sermo esset institutus senatu misso, quem senatum Cæsar consul habuisset, reprehendit eas res, quas idem Cæsar anno post, & deinceps reliquis annis administravisset in Gallia.

LXI. Tum Brutus admirans, Tantamne fuisse oblivionem, inquit, in scripto prefertim, ut ne legens quidem inquam fenserit, quantum flagitiū commisisset! Quid autem, inquam, Brute, stultus, quam, si ea vituperare volebat, qua vituperavit, non eo tempore instituere sermonem, cum illarum rerum jam tempora præteriissent? Sed ita totus errat, ut in eodem sermone dicat, in senatum se, Cæsare consule, non accedere, sed id dicat ipso consule exiens e senatu. Jam qui hac parte animi, qua custos est caterarum ingenii partium, tam debilis esset, ut ne in scripto quidem meminisset, quid paulo ante posuisset, huic minime mirum est ex tempore dicens solitam effluere mentem. Itaque cum ei nec officium decesset, & flagraret studio dicendi, perpaucæ ad eum causæ deferebantur. Orator autem, vivis ejus aequalibus, proximus optimis numerabatur, propter verborum bonitatem, ut ante

Tom. I.

M m m dixi,

dixi , & expeditam ac profuentem quodam modo celeritatem . Itaque ejus orationes adspiciendas tamen censeo . Sunt illae quidem languidores ; verumtamen possunt augere , & quasi alere id bonum , quod in illo mediocriter fuisse concedimus : quod habet tantam vim , ut solum sine aliis in Curione speciem oratoris alicujus efficerit . Sed ad instituta redeamus .

LXII. In codem igitur numero ejusdem atatis C. Carbo <sup>1</sup> fuit , illius eloquentissimi viri filius , non satis acutus orator ; sed tamen orator numeratus est . Erat in verbis gravitas , & facile dicebat , & auctoritatem naturalem quandam habebat oratio . Acutior Q. Varius <sup>2</sup> rebus inventiendis , nec minus verbis expeditus : fortis vero actor , & vehemens , & verbis nec inops , nec abjectus , & quem plane oratore dicere audebas . Cn. Pomponius <sup>3</sup> lateribus pugnans , incitans animos , acer , acerbis , criminofus .

Multum ab iis aberat L. Fufius <sup>4</sup> : tamen ex accusatione M. Aquilii diligentiae fructum ceperat <sup>5</sup> . Nam M. Drulum <sup>6</sup> ,

tuum

dendus est lib. viii. cap. 6. *Idem.*<sup>3</sup> Cn. Pomponius <sup>1</sup> Quætor , tribunus plebis , ac denique prator anno DCVLVI. *Præfus.*<sup>4</sup> L. Fufius <sup>1</sup> Quien fuisse dicit Antonius , lib. ii. de Orat. cap. 22. ad nomen eius reficiens . *Fufius enim & Fufus* , quemadmodum *Valerius & Valerius* communantur , ut observet Quintilianus lib. i. cap. 4. *Idem.*<sup>5</sup> Ex accusatione M. Aquilii diligentiae fructum ceperat <sup>1</sup> Fufius M. Aquilus consul cum C. Mario , anno ab U. C. DLIII. unde Marii collegam lib. ii. de Orat. vocat . Illum Romanis multis avaritiae criminibus , tellonisque convictum , quis cum fugitivis fortiter bellum gererat , liberaverunt , ut in Orat. pro Flacco . *Corradus.*<sup>6</sup> M. Drufus <sup>1</sup> M. Livium Drufum , M. Drufi & Corneliz <sup>2</sup> , ut in Consol. ad Marianum referat , filium ; qui pupillus adhuc cum esset & praetextatus , judicibus reos commendabat <sup>3</sup> , & se sic interponebat , ut quedam judicia ab illo rapta conferet . Unde solebat dicere , ibi uni , ne puer quidem , unquam ferias contigist : quod Seneca

ca

tuum magnum avunculum <sup>7</sup> , gravem oratorem , ita duntaxat cum de republica diceret ; L. autem Lucullum etiam acutum ; patremque tuum , Brute , juris quoque & publici , & privati sane peritum ; M. Lucullum <sup>8</sup> ; M. Octavianum <sup>9</sup> , Cnæi filium , qui tantum auctoritate dicendoque valuit , ut legem Semproniam frumentariam , populi frequentis suffragiis abrogaverit ; Gn. Octavianum , M. filium ; M. Catonem <sup>10</sup> patrem ; Q. etiam Catulum <sup>11</sup> filium abducamus ex acie , id

M m m <sup>2</sup> est ,

ta in lib. de Brev. Vita scribit . Ob id Cicero lib. i. de Offic. dixit , in eo adolescentie gravitatem singularem fuisse . Hic quæstor in Asia nullis insignibus uti voluit ; non quid ipso efficeret ? Morbo comitiali hellebore in Anticyra infelix confitit esse liberatum , ut Plinius lib. xxv. c. 5. & Gellius lib. xvii. c. 15. reculerunt . Inter hunc & Capionem ex annulo in auctione venali iniuriecepterunt ; unde origo socialis belli & exitia rerum , ut ait Plin. lib. xxv. cap. 5. & Gell. lib. xvii. c. 15. In atrio domus sua cultello et percutens , quad scribunt Paternulus lib. ii. Liv. lib. LXX. Apianus lib. i. Orof. lib. v. c. 18. & Cicer. ipse Orat. pro Milone . *Idem.*

<sup>7</sup> Magnum avunculum <sup>1</sup> Materna avia fratrem , ut Grammatici docent , & tu ita colliges : M. Livius Drusus , qui senatus eff patrum appellatus , habuit filios M. Livium Drusum , de quo loquimur , & Liviam , quam mater fuit Catonis . Ita Drusus pater , Catonis fuit avus maternus : lib. iv. de Fin. Drusus fuit filius , ejusdem Catonis avunculus fuit , ut Livia matris frater , ut a Cicero in Orat. pro Milone , a Valer. Max. lib. xxi. c. 1. & a Plutarcho vocatur . Eadem porto Livia , mortuo priore marito , nupsiit Q. Servilio Capioni , unde nata est Servilia mater Brutii , quæ ex matre foro fuit Catoni . Et sic Cato , ut Servilia frater , Brutii fuit avunculus : Livia fuit avia materna , & M. Drufus , ejus frater , magistrus avunculus . *Idem.*

<sup>8</sup> M. Luellum <sup>1</sup> L. Luculli fratrem , ut Plutarch. in Lucullo doceat , quamvis Eutropius confobrini vocet . In lapidibus certe Romanis L. Lucullus , L. F. & hic M. F. dicitur , qui L. Sylla imperator quadrator fuit , & poeta , ut unus & Syllanus discubus ad Fidentiam feliciter pugnavit . Cum fratre

<sup>9</sup> M. Catonem <sup>1</sup> M. Porcius Catonem , qui tribunus plebis fuit , & prætorum pennis , mortem obiit , ut Gellius lib. xxi. cap. 19. scribit . *Idem.*

<sup>10</sup> Q. Catulum <sup>1</sup> Viri consularis & triumphalis filium . Quæstor fuit , tribunus plebis , & prator . *Præf.*

est, a judiciis, & in prædiis reipublicæ, cui facile satisface-re possint, collocemus.

Eodem Q. Cæpionem referrem, nisi nimis equestri ordini deditus, a tenatu dissedisset. Cn. Carbonem<sup>12</sup>, M. Marium<sup>12</sup>, & ex eodem genere complures minime dignos elegantis conventus auribus, aptissimos cognovi turbulentis concionibus. Quo in genere (ut in iis perturbem atatum ordinem) nuper L. Quintius<sup>13</sup> fuit: aptior autem etiam Palicanus<sup>14</sup> auribus imperitorum. Et, quoniam hujus generis facta mentio est, seditiones omnium post Gracchos, L. Apulejus Saturninus<sup>15</sup> eloquentissimus visus est: magis specie tamen & motu, atque ipso amictu capiebat homines, quam aut dicendi copia, aut medicocitate prudentia. Longe autem post natos homines improbissimus C. Servilius Glaucia<sup>16</sup>, sed peracutus

&amp;

<sup>12</sup> Cn. Carbonem ] Cn. Papirium Carbonem, qui Marianus fuit, etiam ante, quam conful fieret, ut Liv. lib. LXXXIX. & seq. script: deinde cum L. Cimna & ipse Carbo a se ipsi confules per biennium creati, bellum contra Syllam paraserunt, ac tandem Cimna ab exercitu suo interemptus esset, confulatum Carbo solus gestit, ut Liv. lib. LXXXIII. & Parc. lib. 1. præter alios ostendunt. Tandem illum confulatum ad Cimnum, ad Paventium, Fideniamque ca-  
lo, Italia expulit, ut ait Liv. lib. LXXXVIII. quem Pompeius in Sicilia captum occidit. Autores laude Livium, Valer. Max., Pater-  
culum, Plutarachum, & Appianum, qui res istas pluribus explicavit. Corradus.

<sup>12</sup> a M. Marium ] M. Marium Gratidi-  
num, M. Marii Gratidiani filium, cuius cap-  
puc abscissum per urbem sua manu Castilia  
tulit, & alla fecit, que scribunt Q. Cicero  
de Perit. Consul. & alii. Hunc bis præ-  
torum fuisse scribit Alfoncius. Cum vero præ-  
tor esset, collegas, tribunos plebis e modo decepit, quem Cicero, qui fuit affi-  
nis lib. IIII. de Offic. non probavit. Lis ei  
cum Sergio Aurata fuit ea, quam Cicero  
lib. I. de Orat. & lib. IIII. de Offic. po-  
nit. Idem.

<sup>13</sup> Quintius ] Tribunus plebis, anno  
DCLXXX.

<sup>14</sup> Palicanus ] M. Lollius Palicanus, qui & ipse tribunus pleb. fuit, annis duobus post L. Quintium, L. Gellio & Cn. Lentulo

confulibus. Val. Max. lib. IIII. cap. 8. te-  
flatur ita feditionis fuisse, ut C. Piso con-  
fultum illum suffragis populi consulēm creatum  
renunciare noluerit, quod dicere nec existi-  
māre se, tantis tenebris officium esse Remp.  
ut huc indignatus veniretur. Hinc Cicero  
epit. I. lib. 2. ad Attic. script: De Pal-  
cano non pro se expato, dum scritissi-  
quod verisimilis non esset illum, qui tam  
turpiter repulsum fuisse, iterum confulatum  
petiturum. Lollius ab Alfoncio dicitur, &  
gens Lollia plebeja cognoscitur. Corra-  
dos.

<sup>15</sup> L. Apulejus Saturninus ] Tribunus pleb.  
per vim creatus, non minus violenter tribu-  
natum, quam petierat, gestit. Graecanach  
enim leges aferente non desirat, ut ait Flor.  
lib. IIII. cap. 16. Nam legem agerant tu-  
lit, ut Liv. lib. LXIX. script: quam Plu-  
tarchus in Mario cito mox etiæ zelos rōs  
appellare videatur. Turbulentissimi hujus ho-  
minis res narrantur a Livio, Patrculo,  
Appiano, Floro, Orofio, & aliis. Idem.

<sup>16</sup> C. Servilius Glaucia ] De quo loquuntur omnes historici, qui de L. Apulejo Sa-  
turnino scribunt. In primis solebat mone-  
re, ut a cum lex aliquis reciperetur, primum  
verbum attenderet: si esset dictator, consul,  
prætor, magister equitum, ne laborearet: sci-  
ret nihil ad se pertinere: fin autem, Qa-  
cumque post hanc legem & videre ne qua no-  
va questione alligeretur. Hoc Cicero in O-  
rat. pro Rabrio Pothonio scribit. Idem.

& callidus, cum primisque ridiculus. Is, ex summis & for-  
tunæ & vita fordinibus in prætrœ, consul factus esset, si ra-  
tionem ejus haberi licere judicatum esset. Nam & plebem  
tenebat, & equestrem ordinem beneficio legis<sup>17</sup> devinxerat.  
Is prætor eodem die, quo Saturninus tribunus plebis, Mario  
& Flacco consulibus, publice est interfactus; homo simili-  
mus Atheniensis Hyperboli<sup>18</sup>, cuius improbitatem veteres  
Atticorum comœdia notaverunt.

Quos Sex. Titius<sup>19</sup> consecutus, homo loquax sane & satis  
acutus, sed tam solitus & mollis in gestu, ut saltatio qua-  
dam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset. Ita caven-  
dum est, ne quid in agendo dicendove facias, cuius imitatio  
rideatur.

LXIII. Sed ad paulo superiorem atatem revesti sumus:  
nunc ad eam, de qua aliquantum sumus locuti, revertamur.  
Coniunctus igitur Sulpicii atati P. Antifius<sup>20</sup> fuit, rabula  
sane probabilis, qui multos cum tacuisse annos, neque conte-  
mini solum, sed irridere etiam solitus esset, in tribunatu pri-  
mum contra C. Julii illum consulatus petitionem extraordina-  
riam, veram causam agens, est probatus: & eo magis, quod  
eandem causam cum ageret ejus collega ille ipse Sulpicius,  
hic plura & acutiora dicebat. Itaque post tribunatum primo  
multæ ad eum causa, deinde omnes, maxima quæcumque e-  
rant, deferebantur. Rem videbat acute, componebat diligen-

ter;

<sup>17</sup> Legis ] Quam primus ipse Glaucia  
tulit, ut comprehendinaret reu. Verrina  
III. quam legem Glauciam vocat Afconius,  
ob id fortasse, ne, si lex Servilius, ut de-  
buit, diceretur, cum legibus alis Serviliis  
confundenderetur. Tullius certe legem ad iudicia  
pertinentem, que tunc equites exercabant.  
Hinc Afconius ita scribit: Q. Servilius Ce-  
pio Scaramus ob legationis Africas invictum,  
& aduersus leges pecuniarum caparum, reum  
fecit repeundarum, lego, quam tulit Servilius  
Glaucia. In quibus quidem verbis Afconii,  
legationis Africa, de qua scribit Salutius,  
videatur legendum. Idem.

<sup>18</sup> Sex. Titius ] Tribunus plebis anno  
DCLV.

<sup>19</sup> P. Antifius ] P. Antifius Labeo tri-  
bus plebis cum collega P. Sulpicio Rufo  
acriter refutat C. Cæsarri Straboni consulatum  
contra leges petenti. Triennio post prætor  
Pompeio cum filiam collocaser, qualis Syl-  
la parsibus addidetus, a Damastippo in sena-  
tu interfactus est. Plat. in Pompejo. Pru-  
stus.

ter; memoria valebat: verbis non ille quidem ornatiss utebatur, sed tamen non abjectis. Expedita autem erat, & perspicile currens oratio. Et erat ejus quidem tanquam habitus non inurbanus: actio paulum cum vitio vocis, tum etiam ineptiis claudicabat. Hic temporibus floruit iis, quibus inter profecionem redditumque L. Sylla sine jure fuit & sine ulla dignitate respublica. Hoc etiam autem magis probabatur, quod erat ab oratoribus quedam in foro solitudo. Sulpicius occiderat, Cotta aberat, & Curio: vivebat e reliquis patrōnis aetatis nemo prater Carbonem & Pomponium: quorum utrumque facile supererat.

LXIV. Inferioris autem aetatis erat proximus L. Sisenna<sup>21</sup>, doctus vir, & studiis optimis deditus, bene Latine loquens, gnarus reipublicae, non sine facetus: sed neque laboris multi, nec fatis versatus in causis; interjectusque inter duas aetas, Hortensi, & Sulpicii, nec maiorem consequi poterat, & minori necesse erat cedere. Hujus omnis facultas ex historia ipsius perspici potest: quae cum facile omnes vincat superiores, tum indicat tamen, quantum absit a summo, quamque genus hoc inscriptionis nondum sit satis Latinis literis illustratum. Nam Q. Hortensi admodum adolescentis ingenium, ut Phidiae signum, simul adspicuum & probatum est.

Is L. Crasio, Q. Scævola consulibus primum in foro dixit, & apud hos ipsos quidem consules, & cum eorum, qui afferunt, tum iporum consulū, qui omnes intelligentia anteibant, judicio discessit probatus. Undeviginti annos natus erat eo tempore. Est autem L. Paulo, C. Marcello consulibus mortuus: ex quo videmus eum in patronorum numero annos quatuor & quadraginta fuisse. Hoc de oratore paulo post plura dicemus. Hoc autem loco volumus aetatem ejus in disparem oratorum aetatem includere. Quanquam id quidem

<sup>21</sup> L. Sisenna ] Sisennum cognomen in Gabiniis apud Vater. Max. lib. viii. cap. 1. & Divin. lib. xxxix. & in Statiliis apud Paterculum lib. xi. invenio, neque tamen scire certe possum, ex qua gente L. hic Sisenna fuerit, de quo Paterculus ita scribit: Historiarum auctor jam tum Sisenna erat:

juvens, sed opus belli civilis Syllani post aliquos annos ab eo seniore editum est. Videtur Latine Sisenna id bellum scriptisse, ut pater ex lib. i. & ii. de Divin. Ovid. lib. tr. de Trist. hoc addit. Veris Arriplidem Sisenna, nec obfuit illi Historie turpes infraevasse joces. Corr.

dem omnibus usu venire necesse fuit, quibus paulo longior vita contigit, ut & cum multo majoribus natu, quam essent ipsi, & cum aliquanto minoribus compararentur. Ut Accius inidem adlibus ait se & Pacuvium docuisse fabulam, cum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset: sic Hortensius non cum suis aequalibus solum, sed & mea cum aetate, & cum tua, Brute, & cum aliquanto superiore conjungitur. Siquidem & Crasso vivo dicere solebat: & magis jam etiam vigebat cum Antonio, & cum Philippo jam sene, pro Cn. Pompeii bonis dicente. In illa causa adolescentis cum esset, princeps fuit, & in eorum, quos in Sulpicii aetate posui, numerum facile pervenerat: & suos inter aequales M. Pisonem, M. Crassum, Cn. Lentulum, P. Lentulum Suram longe praestit: & me adolescentem naectus octo annis minorem, quam erat ipse, multos annos<sup>a</sup> in studio ejusdem laudis exercuit: & tecum simul, sicut ego pro multis, sic ille pro Appio Claudio dixit, paulo ante mortem.

LXV. Vides igitur, ut ad te oratorem, Brute, pervenerimus, tam multis inter nostrum, tuumque initium dicendis interpositis oratoribus? ex quibus, quoniam in hoc sermone nostro statu neminem eorum, qui viverent, nominare, ne vos curiosius eliceretis ex me, quid de quoque judicarem: eos, qui jam sunt mortui, nominabo.

Tum Brutus, Non est, inquit, ista causa, quam dicis, quoniam obrem de iis, qui vivunt, nihil velis dicere. Quenam igitur, inquam, est? Vereri te, inquit, arbitror, ne per nos hic sermo tuus emanet, & tibi illi succenseant, quos præterieris. Quid<sup>b</sup> vos, inquam, tacere non poteritis? Nos quidem, inquit, facilime; sed tamen te arbitror malle<sup>b</sup> idipsum tacere, quam taciturnitatem nostram experiri. Tum ego, Vere, inquam, tibi, Brute, dicam: non me existimavi in hoc sermone usque ad hanc aetatem esse venturum: sed ita traxit ordo aetatum orationem, ut jam ad minores etiam pervenerim. Interpone igitur, inquit, si quos videtur: deinde redeamus ad te, & ad Hortensem. Immo vero, inquam, ad Horten-

<sup>a</sup> In studio ] Lamb. in studio.

<sup>b</sup> Idipsum ] Vidi. malle ipsum.

Hortensium : de me alii dicent , si qui volent . Minime vero , inquit . Nam etsi me facile omni tuo sermone temnisti , tamen is mihi longior videtur , quod propero audire de te : nec vero tam de virtutibus dicendi tuis , quae cum omnibus , tum certe mihi notissimae sunt , quam quod gradus tuos , & quasi processus & discendi studio cognoscere . Geretur , inquam , tibi mos : quoniam me non ingemii prædicatore esse vis , sed laboris mei . Verum interponam , ut placet , alios , & a M. Crasso <sup>22</sup> , qui fuit æqualis Hortensi , exordiar .

LXVI. Is igitur mediocriter a doctrina instructus , angustius etiam a natura ; labore & industria , & quod adhibebat ad obtinendas causas curam etiam & gratiam , in principibus patronis aliquot annos fuit . In hujus oratione sermo Latinus erat , verba non abjecta , res composite diligenter : nullus flos tamen , neque lumen ullum : animi magna , vocis parva contentio , omnia fere ut similiter atque uno modo dicerentur . Nam hujus æqualis , & inimicus C. Fimbria <sup>23</sup> , non ita diu jactare se potuit : qui omnia magna voce dicens , verborum sane bonorum cursu quodam incitato , ita furebat tamen , ut mirarere tam alias res agere populum , ut esset infano inter dertos locus .

Cn. autem Lentulus multo majorē opinionem dicendi actione faciebat , quam quanta in eo facultas erat : qui cum effet

<sup>c</sup> Dicendi ] Vix. Mau. Grut. dicendi .

<sup>22</sup> M. Crasso ] M. Liciinius Crassus , Romanorum dictatorius , amplissimi magistratus ipsoque confulsa iterum perfundens , Syriam proconsul obtinuit anno DCCL belloque aduersus Parthos infeliciter gesto , annissa maxima exercitus parte , occidit est . Aurum liquidum in os cadaveris infuderunt barbari , ut eyns animus , inquit Florus , asperat auri copiditate , ejus etiam mortuum & exanguis corpus exureretur . Pruteus .

<sup>23</sup> C. Fimbria ] C. Flavius Fimbria , qui L. Valerii Flacci confusus legatus fuit , ut Liv. lib. LXXXII. scripsit . Cum L. Valerium Flaccum in Bithynia apud Nicomediam interficeretur , & imperium ad se transtulisset , illum , quod sibi portas clausisset , undecimo die cepit , & everxit : & cum ob id glorieretur , quod quam urbem Agamennon deci-

mo anno vix cepit , cum mille navium classem & universam Graciam fecam haberer : eam ipse undecimo die cepisset , respondit quidam ex Illeisibus : Non enim Heros aderat , qui pro civitate pugnaret . Sed ille paulo post apud Thyatiram , cum ab exercitu Sylle obdiceretur , in templo Esculapii sua & servi manu interfactus est , ut videbis apud Liv. lib. LXXII. Strabonem lib. xiii. Plutarchum in Sylla , Appian in Bell. Mithrid. Orosium lib. vi. cap. 2. & Paterc. lib. ii. Adit autem Cicero : Non ita diu jactare se posuit , quod scilicet se intercerit , adolescentem , quae auras erat , fortior escebat , ut ait Paterc. loco citato , & recte auras erat , quoniam fuit homo longe audacissimus , ut ait Cicero in Orat. pro Rofcio Amerino . Vide Val. Max. ix. ii. Corradus .

effet nec peractus , ( quanquam & ex facie & ex vultu videbatur ) nec abundans verbis , eti fallebat in eo ipso : sic intervallis , exclamacionibus , voce suavi & canora , \* admirando irridebat , calebat in agendo , ut ea , qua deerant , non desiderarentur . Ita tanquam Curio copia nonnulla verborum , nullo alio bono , tenuit oratorum locum ; sic Cn. Lentulus <sup>24</sup> cæterarum virtutum dicendi mediocritatem actione occultavit , in qua excellens fuit . Neque multo secus P. Lentulus <sup>25</sup> , cuius & ex cogitandi , & loquendi tarditatem tegebat formæ dignitas , corporis motus plenus & artis , & venustatis , vocis & suavitatis , & magnitudo . Sic in hoc nihil præter actionem fuit ; cætera etiam minora , quam in superiori .

LXVII. M. Piso <sup>26</sup> quidquid habuit , habuit ex disciplina ; maximeque ex omnibus , qui ante fuerunt , Græcis doctrinis eruditus fuit . Habuit a natura genus quoddam acuminis ,

Tom. I.

N n n      quod

\* Admirando J. Lamb. admirando , iridebat , latebat in agendo .

<sup>24</sup> Cn. Lentulus ] Multa huic cum L. Gellio , qui ova supra , fuit communia , cum & in consulatu , & in consulatu collega fuerint ; illud est hujus proprium , quod male adverterit . Spartacus pugnavit , ut Liv. lib. xcvi. & Orosium lib. v. cap. 24. scripsit . Censor dicitur Verrina VII. in Orat. pro Flacco , & in Orat. pro Domo . In eo vero summum consilium , & summi gravitatem fuisse , refutatur in Orat. pro lege Manili . Is videtur esse , qui Phillipo & Marcellino consuecessit . epist. 6. lib. iv. ad Attic. quiamvis alter olim scripserint . Temporibus Marcius absit . Idem .

<sup>25</sup> P. Lentulus ] P. Cornelius Lentulus Sura , is qui cum L. Sergio Catilina conjuravit ; quem putat Asconius P. Lentuli illius , quem Cicero Verrina I. principem senatus appellat , filium fuisse : quod tempora non pati videbuntur , ut hic Sura filius fuerit illius , quem Cicero loco citato , & lib. i. de Oratore , p. Africano vel maiorem natu vel æqualem fuisse ostendit . M. Antonius certe lib. i. de Orat. de illo si loquitur , ut de homine , qui tot annis ante obiisse : ut hujus Lentuli pater vix esse potuerit . Quin si vir tantus hujus P. Lentuli pater fuisse . Cicero ei aliquando obiecisset , ut avum in Orat. III. in Catilinam ; cujus imaginem Sura non po-

titus quam patris in anulo gefasset , si talium patrem habuisset . Videri potest igitur M. Marcelli filius . Quæstor Sylla fuit , potest prator , ac deinde consul cum Cn. Aufidio Oreste , anno ab U.C. DCLXXXII . Sed cum vita eius semper , ut ait Porcius Latro , in oœbundis libidinibus veritas , ac societate turpissimum hominum mobiliteretur , bis accusatus , & , ut Lib. i. Ad Attic. Cicero scribit , absolvitus est ; quod judices , ut auctor est Plutarchus in Cicerone , corripserint . Non ita multo post tamen senatu motus est , & ut amissam dignitatem recuperaret , prator iterum factus fuerat , quando cum L. Catilinus coniuravit . Idem .

<sup>26</sup> M. Piso ] M. Pupius Piso Calpurnianus , sic appellatus a quibusdam , quod eum M. Pupius in Orat. pro Domo dicitur adopræ . Hic quæstor cum L. Pisoni consuli obiisse , non attigit pecuniam , non ad exercitum profectus est . Ver. III. Hic idem in adilitate offendicula ( nam populus illi M. Sejum prætorum ) accepta , summos a populo honores , ut in Orat. pro Plancio legitima , est aedipus . Nam proconsul in Hispania fuit , unde triumphavit , ut Cic. in Orat. pro Flacco , & in Pison. significat . Illum , lib. i. ad Att. hominem perversum , viriosum , inertem , sonni plenum , imperitum appellat : quod forte facit iras : alia certe fere semper illum laudat . Idem .

quod etiam arte limaverat, quod erat in reprehendendis verbis verfutum, & folers; sed fæpe stomachosum, nonnunquam frigidum, interdum etiam facetum. Is laborem, quasi cursum, forensem diutius non tulit, quod & corpore erat infirmo, & hominum ineptias ac stultitias, quæ devoranda nobis sunt, non serebat, iracundiusque respuebat, sive morose, ut putabatur, sive ingenuo, liberoque fastidio. Is cum satis floruerit adolescentis, minor haberit est ceptus postea. Deinde ex virginum judicio<sup>27</sup> magnam laudem est adeptus, & ex eo tempore quasi revocatus in cursum, tenuit locum tam diu, quam ferre potuit laborem: postea, quantum detraxit ex studio, tantum amisit ex gloria.

P. Murena<sup>28</sup> mediocri ingenio, sed magno studio rerum veterum: literarum & studiosus, & non imperitus: multæ industriae, & magni laboris fuit. G. Censorinus<sup>29</sup> Græcis litteris satis doctus: quod proposuerat, explicans expedite: non invenustus actor, sed iners, & inimicus fori. L. Turius<sup>30</sup> parvo ingenio, sed multo labore, quoquo modo poterat, fæpe dicebat. Itaque ei paucæ centuriae ad consulatum defuerunt.

C. Macer<sup>31</sup> auctoritate semper eguit, sed fuit patronus prosummodum diligentissimus: hujus si vita, si mores, si vultus deinceps non omnem commendationem ingenii everteret, majus nomen in patronis fuisset. Non erat abundans, non

inops

<sup>27</sup> Ex virginum judicio ] Post quarum absolutionem decimus annus fuit in Ciceronis consulatu, ut ait in Orat. III. in Catilin. Accusatus enim fuit Catilina incerti; quod cum Fabia virgine Vefali commissariæ argueretur: fed Catil ignata fatus evasit, ut Orosius lib. vi. cap. 3. scribit. Sed & Fabia ipsa cauam incerti dixerat, cum ei Catilina obijiceretur, eratque abfoluta hac Fabia, quia foro erat Terentius Ciceronis, ut ait Atticus. Virgines vero ipsas P. Clodius accusavit, & M. Cato defendit, ut Plutarchus in Catone scribit. In eo judicio M. hic Piso magnam laudem est adeptus, ut hic ait. Idem.

<sup>28</sup> P. Murena ] P. Licinius Muræna, qui sublatu infra fuisse dicitur: cuius historiam querunt ali. Nos apud Macro. lib. II. Idem.

Saturn. invenimus, Varronem afferuisse, eodem modo Licinius appellatus Murænas, quo Sergius Auratus cognominatus: quod ei pices, qui auratae vocantur, carissimi fuerint. Hanc gentem plebejam fulle Cicero in Orat. pro Muræna relatur. Idem.

<sup>29</sup> G. Censorinus ] Quæstor an. DCLXIV. Mariane factioni addictus, Cn. Octavium consulē occidit, & ipse vicissim occisus est reverso Sylla, anno DCLXXII. Profl.

<sup>30</sup> L. Turius ] De quo nihil, quod sciam, existat. Corradus.

<sup>31</sup> C. Macer ] C. Licinius Macer, de quo Cicero prator incredibiliter ac singulari populi voluntate transegit. Damnum est autem, ut nopolus<sup>32</sup> auctor, ut ait Plut. in Cicerone, id est repetundarum, ut scribit Valer. Max. lib. ix. cap. 12. Idem.

inops tamen: non valde nitens, non plane horrida oratio: vox, gestus, & omnis actio sine lepore: at in inveniendis, compendendisque rebus mira accuratio; ut non facile in ullo diligentiore majorē cognoverim; sed eam ut citius veteratoriam, quam oratoriam dices. Hic etiā etiam in publicis causis probabatur, tamen in privatis illustriorem obtinebat locum.

LXVIII. C. deinde Piso<sup>33</sup>, statarius, & sermonis plenus orator, minime ille quidem tardus in excogitando, verumtamen vultu & simulatione multo etiam acutior, quam erat, videbatur. Nam ejus æqualem M. Glabronem<sup>34</sup>, bene institutum avi Scævolæ diligenter, focors ipsius natura negligensque tardaverat. Etiam L. Torquatus<sup>35</sup> elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus. Meus autem æqualis Gn. Pompejus, vir ad omnia summa matus, majorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum majoris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. Erat o-

N N 2 ratio-

<sup>32</sup> C. Piso ] C. Calpurnius Piso, quo praetore Cicero Q. Roscius conodi cauam defendit, quemque in causa Cæcinae adverbarium habuit. Is cum M. Glabrone conful fuit, anno ab U. C. DCLXXXVII. & tum Pompejum voluit impeditre, ne adversus piratas proficeretur. Tunc etiam legem Calpurniam de ambitu tulit, in qua prater alias ponas pecuniaria quoque est adiecta, ut scribit Afconus, & Cicero meminit in Orat. pro Murena. Postea proconful in Galliam profectus est, sed dominum cum rediisset, repetundarum postulatus est, & a C. Julio Cesare oppugnat propter cuiusdam Tranpadana injustum supplicium; quare postea cum illis graves execute iniurias, ita ut impellere Ciceronem ventari, ut Cæsar inter conjuratos nominaretur, ut ait Sallustius, Piso, Cicero ne consule defendente, quia conful fortis constanter fuerat, incolimus est Rep. conservatus, ut leges in Orat. pro Flacco. Non dum milia fatis confusat, an is illi sit, quem Plutarchus *τύπον λέγει* vocat, cum Cicero nihil hac de re dicat: quod mirum sit, cum Plutarchus teferetur illum de Mario scripsisse, ne quis forte putet illum esse, ut supra diximus L. Pisonem vocatum fuisse, & multo ante virisse. Idem.

<sup>33</sup> L. Torquatus ] L. Manilius Torquatus, & quidem patricius, ut in Orat. pro P. Syllo cognoscet, cum Manliorum familia duplex esset, ut supra diximus. Hic Cicerone & Attici confidipulus, ut Neps ait in Attico, fuit. Cum L. Aurelio Cotta conful est fatus anno ab U. C. DCLXXXIX. quos Antonius, Catilina, & alli in Capitolio Caljan ut scribit Sallustius, interficere parvunt. Post consulatum videatur in Macedonia res ita magnas gesisse, ut Cicerone, iam tum consule, referente, absens imperator sit appellatus, ut in Orat. in Pisonem dicitur. Idem.

<sup>34</sup> M. Glabronem ] M. Acilius Glabrio

ratione satis amplius: rem prudenter videbat: actio vero ejus habebat & in voce magnum splendorem, & in motu sumam dignitatem.

Noster item æqualis D. Silanus, vitricus tuus<sup>35</sup>, studii ille quidem habuit non multum, sed acuminis, & orationis fatis. Q. Pompejus, A. filius, qui Bithynicus dictus est<sup>36</sup>, biennio quam nos fortasse major, summo studio \* discendi, multaque doctrina, incredibili labore atque industria: quod scire possum: fuit enim mecum, & cum M. Pisone cum amicitia, tum studiis, exercitationibusque coniunctus. Hujus actio non satis commendabat orationem. In hac enim satis erat copia, in illa autem leporis parum.

Erat ejus æqualis P. Antronius<sup>37</sup>, voce peracuta, arque magna, nec alia re ulla probabilis. Et L. Octavius Reatinus<sup>38</sup>, qui cum multas jam causas diceret, adolescens est mortuus. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter, quam parate. Et C. Stalenus<sup>39</sup>, qui se ipse adoptaverat, & de Staleno Ælium fecerat, servido quodam, & petulanti, & furioso genere dicendi: quod quia multis gratum erat, & probabatur, adscendisset ad honores, nisi in facinore manifesto deprehensus, poenas legibus & judicio dederat.

LXIX. Eodem tempore C. & L. Cæpaci<sup>40</sup> fratres fuerunt,

<sup>35</sup> D. Silanus, virius tuus ] Brutus matr. Servilia, cum esset vidua, ipsi Silano nupti. Silanus autem consul designatus confiuit eos, qui Remp. delere conati fuerant, morte esse multandos. Leg. Orat. IV. in Catilin. Fuit vero consul cum L. Murena, anno ab U. C. DCXCI. *Idem.*

\* *Dicendi* ] Vidi. *Man. Grut. dicendi.*

<sup>36</sup> Q. Pompejus, A. F. qui Bithynicus datus est<sup>41</sup> De quo nullam mentionem, nisi in hoc dialogo, fieri vidimus, & apud Oros. lib. vi, cap. 15, in Egypto interficiuntur fuisse legimus. *Auli filius*: credimus eum esse iustus filium, qui obiit in Capitolo, cum Deos salutasset, ut Plin. lib. vii. cap. 53. scribit. *Idem.*

<sup>37</sup> P. Antonius ] Qui se Ciceronis discipulum in pueritia, familiariter in adolescentia, collegam in quaestura commemorabat fuisse: qui consul designatus, cum accufaretur ambitus, judicium tollere ac distur-

bare primo confitato voluit gladiorum ac fugitivorum tumultu, deinde lapidatione atque concurso, fed dannatus ita se gefit, ut Cicero in Orat. pro Sylla scribit: ubi nobis illus hominem, ut paucis dicam, scelusissimum describitur. *Idem.*

<sup>38</sup> L. Octavius Reatinus ] De quo nihil nos aliud inventimus. *Idem.*

<sup>39</sup> C. Stalenus ] C. Stalenus Petrus. Hoc enim sibi cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, sed si Ligurem fecerit, nationis magis sua, quam generis uti cognomine videatur, ut ait in Orat. pro Cluentio. Sed in Orat. pro Sextio ita scribit: *Ex novem tribubus plebis, quos tuus habueram, unus, ne absent, desixisti, qui cognomen sibi ex Æliorum imaginibus aripius, quo magis nationis ejus esse quam generis videbatur.* De eo pluribus agit Cicero in Orat. pro Cluentio, & in Topicis. *Idem.*

<sup>40</sup> C. & L. Cæpaci ] Homines industrii, acque

qui multa opera, ignoti homines & repentina, quasbores celeriter facti sunt, oppidanò quadam & incondito genere dicendi<sup>42</sup>. Addamus huc etiam, ne quem vocalem præterisse videamur, C. Cofconium<sup>43</sup> Calidianum, qui nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si quam habebat, præbebat populo cum multa concurbatione, magnoque clamore. Quod idem faciebat Q. Arrius<sup>44</sup>, qui fuit M. Crassi quasi secundarius. Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac urbe polleat multorum obedire tempori, multorumque vel honori vel periculo servire. His enim rebus, infimo loco natus, & honores, & pecuniam, & gratiam consecutus, etiam in patronorum, fine doctrina, fine ingenio, aliquem numerum perverat. Sed ut pugiles inexercitati, etiam si pugnos & plagaras, Olympiorum cupidi, ferre possunt, solem tamen sape ferre non possunt: sic ille, cum omni jam fortuna prospere functus, labores etiam magnos exceperat, illius judicialis anni<sup>45</sup> severitatem, quasi solem, non tulit.

Tum Atticus, Tu quidem de face, inquit, hauris, idque jam dudum: sed tacebam: hoc vero non putabam, te usque ad Stalenos & Antronios esse venturum. Non puto, inquam, existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis: sed

qui eo animo, ut quaecumque dicendi potest effici data, in honore aequo beneficio posuerit, ut in Orat. pro Cluentio loquitur; ubi ita de illis verba facit, ut eos irrideat potius quam laudare videatur. *Idem.*

<sup>42</sup> Q. Arrius ] Is videatur esse, qui pretor Chryson fugitivorum ducem cum viginti milibus hominum cecidit, ut Liv. lib. xxvii. scripsit; quique C. Verri successurus putabatur, ut Verrius xv. & vi. dicitur. Is cum effet loco infinito natus, ut hic ait, post prætorum diu jacuit: sed Cæfare & Bibulo consulibus, cum Pompejus, Crassus, & ipse Cæsar Remp. tenerent, si consulem fieri posse speravit: verum defititus agre rulit sibi exceptum fuisse consulatum, ut epist. 5. & 6. lib. 11. ad Attic. videbis. *Idem.*

<sup>43</sup> C. Cofconium ] An, quemadmodum suscipitur Corradus & Manutius, intelligendus annus DCCII, quo Cn. Pompejus tertium consul, teste Aemilio, breviorem judiciorum formam reis lege prescripsit? Presuleus.

ordinem sequens in memoriam notam & aqualem necessario incurro. Volo autem hoc perspici, omnibus conquisitis, qui in multitudine dicere ausi sint, memoria quidem dignos paucos; verum, qui omnino nomen habuerint, non ita multos fuisse. Sed ad sermonem institutum revertarum.

LXX. T. Torquatus<sup>45</sup>, T. filius, & doctus vir ex Rhodia discipline Molonis, & a natura ad dicendum satis solitus, atque expeditus, ( cui si vita suppeditavisset, sublato ambitu consul factus esset) plus facultatis habuit ad dicendum, quam voluntatis. Itaque studio huic non satisfecit: officio vero nec in suorum necessariorum causis, nec in sententia senatoria defuit.

Etiam M. Pontidius<sup>46</sup>, municeps noster, multis privatas causas actitavit, celeriter sane verba volvens, nec hebes in causis, vel dicam, plus etiam quam non hebes, sed effervescentes in dicendo stomacho saepe, iracundiaque vehementius; ut non cum adverfario solum, sed etiam ( quod mirabile esset) cum judge ipso, cuius delinitor esse debet orator, iurio saepe contenderet. M. Messala<sup>47</sup> minor natu, quam nos, nullo modo inops, sed non nimis ornatus genere verborum: prudens, acutus, minime incautus, patronus in causis cognoscendis componendisque diligens, magni laboris, multæ opera, multarumque causarum.

Duo etiam Metelli, Celer & Nepos<sup>48</sup>, nihil in causis versati, nec fine ingenio, nec indocti, hoc erant populare dicentes.

<sup>45</sup> T. Torquatus ] Alii querunt historiam. Corradus. Q. Metellus Celer, pretor urbanus, vir strenuus, egregiam Ciceronem confule adversus Catilinae copias operare Rep. navavit.

<sup>46</sup> M. Pontidius ] Idem fortasse, qui latur in II. de Orat. 68.

<sup>47</sup> M. Messala ] M. Valerius Messala, quem Cicero consul confidit cum aliis, qui omnia iudicium dicta prescriberet, cum tunc ille prætor peteret, ut in Orat. pro P. Sylla refutatur. Hic postea cum M. Pisonem anno ab U. C. DCXIII. consul fuit, & quidem egregius, fortis, constans, diligens, Ciceronis laudator, amator, imitator, ut lib. r. ad Attic. describitur. *Idem.*

<sup>48</sup> Duo Metelli, Celer & Nepos ] Duo fratres, aut potius patrules, ut conjicit

dicendi genus assecuti. Cn. autem Lentulus Marcellinus<sup>49</sup>, nec unquam indifertus, & in consulatu pereloquens visus est, non tardus sententiis, non inops verbis, voce canora, facetus satis. C. Memmius<sup>50</sup>, L. filius, perfectus literis, sed Graecis: fastidiosus sane Latinarum: argutus orator, verbisque dulcis, sed fugiens non modo dicendi, verum etiam cogitandi labore, tantum sibi de facultate detrahit, quantum imminuit industria.

Hoc loco Brutus, Quam vellem, inquit, de his etiam oratoribus, qui hodie sunt, tibi dicere liberet. Et, si de aliis minus, de duabus tamen, quos a te scio laudari solere, Cæsare<sup>51</sup> & Marcello<sup>52</sup>, audirem non minus lubenter, quam audiui de iis, qui fuerunt. Cur tandem, inquam? an expetas,

<sup>49</sup> Cn. autem Lentulus Marcellinus ] Hunc nos a principio credimus Claudium Marcellum fuisse, sed ab aliquo Cornelio adoptatum. Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, non autem Cn. Cornelius Lentulus Clodianus, non mos erat, appellatum, ut cognosci posset, ultra ex familia fuisse, cum due familiæ Claudia essent; quarum que Marcellorum appellata esset, plebeja; que Pulchrum, patricia fuit. Cicero certe lib. xv. Famil. & Verrina I. Marcellus & Marcellinus ita conjugit, ut fuisse propinquos ostendat. Consulatus init in cum L. Marcio Philippo anno ab U. C. DCXCVIII. *Corradus.*

<sup>50</sup> C. Memmius ] M. Claudio Marcello, quem Cicero in Orat. I. Catilina quidem fodalem, sed virum tamen optimum & fortissimum vocat; de cuius magistratibus nihil pene possumus affirmare, nisi illum anno ab U. C. DCCIII. cum Servio Sulpicio Rufo consullem fuisse. Post bellum civile, in quo Pompejum fecerunt est, timens Cæsarem veterem suum inimicum Marcellus exulabat; quo tempore Cæsar ejus acerbatem accusavit, sed tamen repente præter spem dixit, se senatus roganti de Marculo, ne hominis quidem causa negatur. Quare, cum reliqui gratias Cæsari egissent, Cicero longa latit oratione, que nunc extat, idem fecit, ut ait lib. iv. Famil. ubi saepe monet illum, ut domum reveratur: quod cum ille jam facere cogitaret & vellet, a P. Magio Chilonem, familiari suo, fuit interfectus, ut lib. iv. Famil. lib. xiiii. ad Attic. & apud Liv. lib. cxv. & apud alios etiam leges. *Idem.*

<sup>51</sup> Cæsare ] C. Julio Cæsare dictatore, I. dem.

<sup>52</sup> Marcellus ] M. Claudio Marcello, quem Cicero in Orat. I. Catilina quidem fodalem, sed virum tamen optimum & fortissimum vocat; de cuius magistratibus nihil pene possumus affirmare, nisi illum anno ab U. C. DCCIII. cum Servio Sulpicio Rufo consullem fuisse. Post bellum civile, in quo Pompejum fecerunt est, timens Cæsarem veterem suum inimicum Marcellus exulabat; quo tempore Cæsar ejus acerbatem accusavit, sed tamen repente præter spem dixit, se senatus roganti de Marculo, ne hominis quidem causa negatur. Quare, cum reliqui gratias Cæsari egissent, Cicero longa latit oratione, que nunc extat, idem fecit, ut ait lib. iv. Famil. ubi saepe monet illum, ut domum reveratur: quod cum ille jam facere cogitaret & vellet, a P. Magio Chilonem, familiari suo, fuit interfectus, ut lib. iv. Famil. lib. xiiii. ad Attic. & apud Liv. lib. cxv. & apud alios etiam leges. *Idem.*

etas, quid ego judicem de ipsis, qui tibi sunt æque noti, ac mihi? Mihi mehercule, inquit, Marcellus satis est notus; Cæsar autem parum. Illum enim sœpe audivi: hic, cum ego judicare jam aliquid possem, absuit.

Quid igitur de illo judicas, quem sœpe audisti? Quid censes, inquit, nisi id, quod habiturus es similem tui? Næ ego, inquam, si ita est, velim tibi eum placere quam maxime. Atqui & ita est, inquit, & vehementer placet: nec vero sine causa. Nam & didicit, &, omisiss ceteris studiis, unum id egit, seseque quotidians commentationibus accerrime exercuit. Itaque & lectis utitur verbis, & frequentibus: & splendore vocis, & dignitate motus fit speciosum & illustre, quod dicitur: omniaque sic suppetunt, ut ei nullam deesse virtutem oratoris putem: maximeque laudandus est, qui hoc tempore ipso, cum \* liceat, in hoc communi nostro, & quasi fatali malo, consoletur se cum conscientia optima mentis, tum etiam usurpatione & renovatione doctrinae. Vidi enim Mytilenis nuper virum, atque (ut dixi) vidi plane virum. Itaque cum eum antea tui similem in dicendo videbam, tum vero nunc a doctissimo viro, tibique, ut intellexi, amicissimo Gratippo instructum omni copia, multo videbam similiorem.

Hic ego, Et si, inquam, de optimi viri, nobisque amicissimi laudibus lubenter audio, tamen incurro in memoriam communium miseriarum, quarum oblivionem querens, hunc ipsum sermonem produxi longius. Sed de Cæsare cupio audire, quid tandem Atticus judicet.

LXXII. Et ille, Praclare, inquit, tibi confitas, ut de iis, qui nunc sint, nihil velis ipse dicere: & hercule si sic ageres, ut de iis egisti, qui jam mortui sunt, neminem ut prætermittentes, næ tu in multis Antronios, & Stalenos incurres. Quare siue hanc turbam effugere voluisti, siue veritus es, ne quis se aut præteritum, aut non satis laudatum queri possit: de Cæsare tamen potuisti dicere, præfertim cum & tuum de illius ingenio notissimum judicium esset, nec illius de tuo obsecrum.

Sed

\* Licet ] Lamb. cum jaceat in hoc.

Sed tamen, Brute, inquit Atticus, de Cæsare & ipse ita judico, & de hoc hujus generis accerrimo æstimatorœ sœpissime audio, illum omnium sere oratorum Latine loqui eleganssime. Nec id solum domestica consuetudine, ut dudum de Læliorum & Muciorum familiis audiebamus: sed, quanquam id quoque credo fuisse, tamen ut esset perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, & iis quidem reconditis & exquisitis, summoque studio & diligentia est consecutus. Quin etiam in maximis occupationibus, cum ad te ipsum (inquit, in me intuens) de ratione Latine loquendi accuratissime scriperit; primoque in libro dixerit, verborum delectum originem esse eloquentia; tribuerique, mi Brute, huic nostro, qui me de illo maluit, quam se dicere, laudem singularem: (nam scripsit his verbis, cum hunc nomine esset affatus: *Ac, si, ut cogitata præclare eloqui possent, nonnulli studio & ufo elaboraverunt, cuius te pene principem copiæ atque inventorem, bene de nomine ac dignitate populi Romani meritum esse eximissime debemus*) hunc facilem, & quotidianum novilis sermonem, nunc pro reliquo est habendum.

LXXXIII. Tum Brutus, Amice, hercule, inquit, & magnifice te laudatum puto, quem non solum principem atque inventorem copiæ dixerit, qua erat magna laus, sed etiam bene meritum de populi Romani nomine & dignitate. Quo enim uno vicebanur a vista Græcia, id aut eruptum illis est, aut certe nobis cum illis communicatum. Hanc autem, inquit, gloriam testimoniumque Cæsaris tuae quidem supplicationi non, sed triumphis multorum antepono.

Et recte quidem, inquam, Brute, modo sit hoc Cæsaris judicii, non benevolentia testimonium. Plus enim certe attulit huic populo dignitatis quisquis est ille, si modo est aliquis, qui non illustravit modo, sed etiam genuit in hac urbe dicendi copiam, quam illi, qui Ligurum castella expugnaverunt: ex quibus multi sunt, ut scitis, triumphi.

Verum quidem si audire volumus, omisiss illis divinis con-

Tom. I.

a Ut cogitata ] Abeisse non videatur posse illud ut, quod unus tamen Lambinus agnoscit. b Lamb. non pro derelicto. c Viæ. non solum, sed

O o o filiis,

siliis, quibus saepe constituta est imperatorum sapientia salus civitatis aut belli, aut domi; multo magis orator praestat minutis imperatoribus. At prodest plus imperator. Quis negat? Sed tamen, (non metuo ne mihi acclametis: est autem quod sentias, dicendi liber locus) malim mihi L. Crassi unam pro M. Curio dictionem, quam castellanos triumphos duos. At plus interfuit reipublice castellum capi Ligurum, quam bene defendi caufam M. Curii. Credo. Sed Atheniensium quoque plus interfuit firma testa in domiciliis habere, quam Minervae signum ex ebore pulcherrimum; tamen ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. Quare non, quantum quisque profit, sed quanti quisque sit, ponderandum est: prasertim cum pauci pingere egregie possint, aut fingere; operarii autem, aut bajuli deesse non possint.

LXXIV. Sed perge, Pomponi, de Cæsare, & redde quæ restant: Solum quidem, inquit ille, & quasi fundamentum oratoris vides, locutionem emendatam & Latinam: cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis, aut scientiae, sed quasi bona consuetudinis. Mitto C. Lælium, P. Scipionem. Ætatis illius ista fuit laus, tanquam innocentia, sic Latine loquendi: nec omnium tamen. Nam illorum æquales, Cæciliu[m] & Pacuvium, male locutos videmus. Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur. Sed hanc certe rem deteriorem vetustas fecit & Romæ, & in Graecia. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc urbem multi inquinatae loquentes ex diversis locis. Quo magis expurgandus est sermo, & adhibenda, tanquam obvulsa, ratio, quæ mutari non potest; nec utendum pravissima consuetudinis regula.

T. Flamininum, qui cum Q. Metello consul fuit, pueri vidimus. Exitimabatur bene Latine, sed literas neciebat. Catulus erat ille quidem minime indoctus, ut a te paulo est ante dictum: sed tamen suavitas vocis, & lenis appellatio literarum, bene loquendi famam conficerat. Cotta, quia se valde

valde dilatans literis a similitudine Græca locutionis abstracterat, sonabatque contrarium Catulo, subagreste quiddam, planeque subruficum: alia quidem, quasi inulta & silvestri via, ad candem laudem pervenerat. Sisenna autem, quasi emendator sermonis usitati cum esse veller, ne a C. Rufio quidem accusatore deterri potuit, quo minus inusitatis verbis uteretur. Quidnam istuc est? inquit Brutus: aut quis est iste C. Rufius? Et ille, Fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante Chritilico, Sisenna defendens, dixit, quædam ejus sputatilica esse criminis. Tum C. Rufius, Circumvenior, inquit, Judices, nisi subvenitis. Sisenna quid dicas, nescio: me tuo insidias. Sputatilica, quid est hoc? Sputa quid sit scio, tilica nescio. Maximus rufus: sed ille tamen familiaris meus rete loqui putabat esse, inusitate loqui.

LXXV. Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem virtuosam & corruptam puram & incorruptam consuetudine emendat. Itaque cum ad hanc elegantiam verborum Latinorum (quæ etiam si orator non sis, & sis ingenuus civis Romanus, tamen necessaria est) adjungit illa oratoria ornamenta dicendi: tum videtur tamquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Hanc cum habeat precipuam laudem in communib[us], non video cui debeat cedere. Splendidam quædam, minimèque veteratoriam rationem dicendi tenet, voce, motu: forma etiam magnifica, & generosa quodam modo.

Tum Brutus, Orationes quidem ejus mihi vehementer probantur; complures autem legi. Atque etiam commentarios quosdam scripsit rerum suarum. Valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti & venusti, omni ornatu orationis, tanquam ueste, detrahe. Sed dum voluit, alios habere parata, unde sumerent, qui vellent scribere historiam: ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt illa calamistris inure: sanos quidem homines a scribendo deterruit. Nihil enim est in historia, pura & illustri brevitate dulcius. Sed ad eos, si placet, qui vita exceferunt, revertamur.

LXXVI. C. Sicinius<sup>53</sup> igitur, Q. Pompeji illius, qui cen-

O o o 2 for

<sup>53</sup> C. Sicinius] Quæstor anno DCLXXVII. Praefectus.

for fuit, ex filia nepos, quaestorius mortuus est, probabilis orator: jam vero etiam probatus, ex hac inopis ad ornandum, sed ad inveniendum expedita, Hermagorae disciplina. Ea dat rationes certas & praecpta dicendi: quæ si minorem habent apparatum, ( sunt enim exilia ) tamen habent ordinem, & quafdam errare in dicendo non patientes vias. Has ille tenens, & paratus ad causas veniens, verborum non egens, ipsa illa comparatione disciplinaque dicendi jam in patronorum numerum pervenerat.

Erat etiam vir doctus in primis C. Visellius Varro<sup>54</sup>, consobrinus meus, qui fuit cum Sicinio ætate conjunctus. Is cum post curulem adilitatem judex quaestionis esset, est mortuus: in quo fateor vulgi iudicium a iudicio meo diffensisse. Nam populo non erat satis vendibilis: præcepis quædam, & cum idcirco obscura, quia peracuta, tum rapida, & celeritate exacta oratio: sed neque verbis aptiore cito alium dixerim, neque sententias crebriorem. Præterea perfectus in literis, jureque civilis jam a patre Aculeone traditam tenuit disciplinam.

Reliqui sunt, qui mortui sint, L. Torquatus<sup>55</sup>, quem tu non tam cito rhetorem dixisses, ( et si non debeat oratio ) quam ut Graci dicunt, τολτικός. Erant in eo plurimæ litteræ, nec ea vulgares, sed interiores quædam, & reconditæ: divina memoria, summa verborum & gravitas, & elegantiæ. Atque hæc omnia vita decorabat dignitas & integritas. Me

qui-

<sup>54</sup> C. Visellius Varro ] In Asia tribunas militum fuit C. Nerone prætor, cum Verses legatus esset Dolabellæ, ut Ver. III. videtur licet. Hunc cum J. Cesare magna fuit confusus, ut in Orat. de Provinciis, consulaturis offenditur. Atque nisi cognosceretur hic autem mortuus, dicere ipsum cum Cicerone in Cilicianum profectum fuisse, cum dicat Cicero epist. 7. lib. III. Famil. se Varroen App. Claudio obviata misere, nec M. Varroen illum doctum possit significare, qui tum Romæ fuit, ut epist. 11. lib. v. ad Attic. cognoscet, nec ita multo post iuvit legatus in Hispaniam ulteriorem. Hunc Visellium Valer. Max. lib. VIII. c. 2. scribit gra-

vi morbo corruptum trecenta milia nummum ab Ostacilia Latenseris, cum qua commercium libidinis haberet, expensa ferris fibi passum fuisse, & ab Aquilio, cum postea convulsius, abolitum. *Corradus.*

<sup>55</sup> L. Torquatus ] L. Manlius L. F. Torquatus, qui adolescentulus eripuit P. Sylla consulatum, & ad patrem suum revertit. De hoc Cicero in Orat. pro P. Sylla ita scribit: *Hoccum omnium rerum, quas ego in consulatu pro salute omnium suscepit & gesit, L. ille Torquatus, cum effet meus consularis in consulatu, cum signifer effet iuuentus, atque in praetura faciet, auctor, adjutor, parvicias extiterit, idem.*

quidem admodum delectabat etiam Triarii<sup>56</sup>, in illa ætate, plena literata senectutis oratio. Quanta severitas in vultu! quantum pondus in verbis! quam nihil non consideratum exhibat ex ore!

Tum Brutus, Torquati & Triarii mentione commotus, ( utrumque enim eorum admodum dilexerat ) Næ ego, inquit, ( ut omittam cætera, quæ sunt innumerabilia ) de ipsis duabus cum cogito, doleo, nihil tuam perpetuam auctoritatem de pace valuisse: nam nec istos excellentes viros, nec multis aliis præstantes cives respublica perdidisset. Sileamus, inquam, Brute, de ipsis, ne augeamus dolorem. Nam & præteriorum recordatio est acerba, & acerbior expectatio reliquorum. Itaque omittamus lugere, & tantum, quid quisque dicendo potuerit, ( quoniam id quærimus ) prædimemus.

LXXVII. Sunt etiam ex iis, qui eodem bello occiderunt, M. Bibulus<sup>57</sup>, qui & scriptitavit accurate, cum præsertim non esset orator, & egit multa constanter: Appius Claudius<sup>58</sup>, ficer tuus, collega & familiaris meus; hic jam & sati

studio-

<sup>56</sup> Triarii ] C. Valerii Triarii, qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulit, ut ait Asconius; unde nos suscipiunt famus. Ver. III. ita esse legendum: P. Lentulus, C. Triarius quæstoribus urbis. Hic, ut auctor est Asconius, postea L. Luculli in Afia Pontica legatus fuit: & ut Liv. lib. xxviii. scribit, aduersus Mithridatenses parum prospere pugnavit, & quidem apud Ziela, quæ nobilis clade Triarii ob id, opinor, a Plin. lib. vi. c. 3. dicitur; quādum cladem Plutarch. in Lucullo, & Appian. in Mithridat. pluribus describunt. Triarios vero & gente Valeria fuisse, offendit etiam Valeria, quæ Triarii soror epist. 7. lib. viii. Famil. vocatur. *Idem.*

<sup>57</sup> M. Bibulus ] M. Calphurnius Bibulus a Plutarcho in Cesare vocatur, quanquam Bibulus cognomen in genere Publicia frequenter, ut apud Liv. lib. xxxi. & xxvii. & apud Plut. in Marcello, reperitur. Is inquit Bibulus, ut Cesare summum fuit, inimiciisque habuit privatas cum Cesare ex adiutoriis conceperat & prætraxerat. Bibulus consul

tem-

<sup>58</sup> Appius Claudius ] Appius Claudius Pulcher, epus Appii; qui cum P. Sevirio consul fuit, filius, ut in Orat. de Reponsis agnoscet. Hic pauper cum duabus fratribus & duabus sororibus est relatus, ut Varro lib. iii. cap. 16. de R. Ruct. refutis est. P. Clodius ejus fratrem fuisse cognosces ex orationibus pro Domo, & la Piomento. Tandem cum L. Domitio consul fuit, ad quod usque